20

N° 217


Notę et Vindicię Catalogi Horti Patauini anno 1660 editi

Torre

Stz.ª 216

(Autografo del Dalle Torre proveniente dalla biblioteca Marsili

Savardo)



NB Al catalogo delle piante dell' orto patavino edito dal prof. della Torre nel 1660 furono mosse molte censure (da chi?). Nella I.a parte di questo opuscolo si leggono le censure e nella II.a le difese esposte dal della Torre, ajutato dallo Scarella.

P. A. S.

In Catalogum Plantarum
Horti Patauini
Anno M.DCLX
Editum
Notæ

Georgius à Turre Catalogi
auctor

Lodovico Brenio Amico

Mitto tibi animæ dimidium meæ Breni Her-
barum Catalogi Patauini promissas notas, quas
non mordendi studium, sed perspicuæ veritatis
amor conceperat. Non equidem illas formæ, es
vulgo sed usui privato conscripsi. Verum te
una latere non debuerunt cui neque me ip-
sum celare soleo. Si quid boni est sic quoque
mecum utare si quid malè aduersum, si quid
prætermissum, quod utrumque plurimum puto
emendato et adjicito. Is enim es cui sexto-
riæ virgulam merito deferat Botanica. Scias
interim mihi in hoc negotio auxiliarium et
suppositituum fuisse Scarellum nostrum cui
bonam partem istorum debes. Vale Bre-
ni carissime et diu valerent Botanicæ
et boni mores

A

1. Aconitum Lyctonum flore pallido, sive II. Matth. dubito an dici possit Aconitum, quod pallidum fert florem esse secundum Matthioli, quem quartum duntaxat et nonum flores aureos producere scribat, cetera uero Aconiti genera purpureos.

2. Acorus uerus. addendum erat cuiusnam sit Acorus uerus, nam alius est Acorus Theophrasti, alius Dioscoridis secundum peritos Herbarios.

3. Ageratum seu Eupatorium Mes. flore luteo. superfluit, cum certum sit Eupatorium Mesue deberé esse flore luteo, siquidem citrinis floribus tantum non alterius coloris describitur ab illo Eupatorium.

4. Agnus castus flore albo. desideratur; aderat, ut audioWeslingi tempore.

5. Alliaria uulgaris. nulla alia est rarior, nec nobilior.

6. Alsine maior, et minor. Ex ingenti Alsinum turba

turba, qui Oedipus est diuinetur, quas intelligat Catalogographus.

7\. Althea congener, seu Rosa Chinensis. Cur inuidit gloriam Ferrario nomen ipsius reticendo, qui primum nostro Orbi plantam illam ostendit? Sed forte non nouit hominem.

8\. Alyssum Dioscoridis Columnæ. Quodnam est istud Alyssum Dioscoridis Columnæ? an in Phytobassano, an montanum alyssum Dioscoridis in maiori historia? Sed reuera utrumque ponendum erat in Catalogo, quum utrumque reperiatur in horto.

9\. Amaranthi marcelli. Totius Alexandri Baolami sic plantæ appellandæ sunt ab iis, qui horto illas conquisiuerint.

10\. Ammi uulgatius Fuchsii. quorum uulgatius? nullum enim aliud Ammi proponit Fuchsius, imo germinum hoc esse extimat.

11\. Ascyri duæ species omissæ sunt; quarum una Ascyroi. des Plinii Cæsalpino forte est; Altera uero Ascyroides quædam in montibus ramosa foliis hirsutis apud eundem Cæsalpinum.

Andro:

12. Androscemum bacciferum, sive herba Siciliana omissus.

13. Ammomum Plinij, seu Solanum bacciferum Laurifolium Bacchini. addendum erat nomen illius herbarij, qui censet, plantam hanc esse Amomum Plinij, ne Tiro putaret citra controversiam constare, illam esse legitime Plinij Amomum. deinde uideo in Pinace C. Bauhinum uocare hanc plantam Solanum fruticosum bacciferum non autem folijs Laurinis, ut uoluit catalogi author.

14. Anagallis mas flore fenicco. } commode omitti
Anagallis femina flore ceruleo } poterat florum color. hic enim satis declaratus fuerat à Matthioli.

15. Anagallis aquatica minor rotundo folio Gerardi, hanc nomendaturam in Gerardo non reperio, sed Anagallis aquatica rotundo folio; que Anagallis aquatica rotundo folio non crenato à C. Bauch. in Matth. vocatur.

16. Preterea omissa est illa Anagallidis aquaticæ species, quam Joan: Bauh. Anagallidem aquaticam angusti foliam nominat frequens,

vet

vel nosti in fortis Patauinis aliquando reperta nobis præsentibus à Scarella nostro extra portam uulgò Saracenescum.

17. Anagyris fætida minor. non reperio in Pinace maiorem Anagyrim fætidam istic es minoris correlatiuam.

18. Anthyllis leguminosa Lobelij seu orobus Pannonicus secundus Clusij. Pinax tamen dicit Orobum Pannonicum. 2. Clusij esse Astragaloidem alteram herbarior. Lob.

19. Apios indica. speratur.

20. Apocinum latifolium seu syriacum Clusij. idem est cum Beidelosar Alpini inferius positum in littera B. uel si per apocinum latifolium intelligit Apocynum folijs hederæ. quod est primum Matthioli. Addendum erat. primum. ad differentiam tertij Apocyni latifolij eiusdem Clusij, quod scamonij genus est, nec subnectendum erat syriacum.

21. Arbor Iudæ flore albo nodu ab Euganeis montibus ubi est, in hortum descendit.

Argé.

22. Argemone papaueris flore, et folio. non unica Species.

23. Artemisia folio uariegato Marcelli. primo quidem dum adhuc recens esset, uisa est ali:quam uariegationem in folijs praeseferre; sed adulta a Communi non differt.

24. Aspalathus Creticus. sed in asperis mariti:mis Hetruriae quoque nascitur; Ex Caesalpino.

25. Aster Cernuus Columnae omissus est, quem tamen uidi ipsemet oculis hoc anno floren:tem in horto.

26. Astragalus saxatilis flore amplo carneo se:mine trifolij americani. se uidisse Trigoto:mus asserit in montibus, sed in Patria reliquit.

27. Auricula muris glabra. Cur non et hirsu:tam addidit, quae echium est scorpioide arv:ense?

28. Auricula Ursi glabra aquatica. ignoro quid hoc nomine uelit designare, nullam ta:men esse reor auriculam ursi, quae aquis inas:catur.

29. Apocynum rectum canadense Cornuti. an

Corvinus factus est ex Cornuto apud quem Legi: tur: Apocijnum rectum minus.

30. Althea variegato flore. speratur; sed frustra quia semen non producit, quae tamen non omnes flores variegatos fert, sed tantum aliquos, alios vero vulgari non dissimiles.

31. Abrotanum femina. S. santolina Dodonaei. supplendum altera: nam dodonaeus plures santolinas proponit.

B

32.

Balsamina Cucumerina, seu herba impatiens Dod: puto de sua liberalitate has nomenclaturas dodonaeo tribuisse; siquidem Dodonaeus Latinus hanc Balsaminam charantiae titulo proponit; nomine impatientis herbae Persicariam siliquosam Luteam talanancem alteram Cesalpini intelligens.

33. Beidelsar Aegijptium Alpini. bes scriptum, ut in Littera A est notandum.

34. Bellis alpestris maior densiori folio Cesalpini. passus est: in Cesalpino nihil tale reperies.

Bellis

35. Bellis indica maxima. fuit illium non est.

36. Berberis indica Camerari. quid?

37. Blitum seu polyspermum 3. delenda disiunctiva particula seu; nam in Pinace Blitum Polyspermum scribit Casparus Bauchinus.

38. Blitum vulgare Bauchini album. non ita stat in Pinace, ut videre est.

39. Blitum rubrum sive maius Bauch: Bauchinus scribit tamen Blitum rubrum maius sine disiunctione.

40. Buglossum hispanicum angustifolium seu vulgare Matthioli. vulgare Buglossum Matthioli nusquam legi particulariter in Hispania nasci.

41. Bugula minima seu prunella V. Bauchini. Bauchinus tamen V. loco scribit in Pinace: Prunella minor alba laciniata non minima sed haec non reperitur in Horto.

C

42. Chelidonium maius omnicum est, cuius duae spe-

species sunt in horto utræque in Bacchinia:
no Matthioli proposite. Item omissum est
Chelidonium minus quorundam, aliorum
verò Ranunculi genus, cuius duæ pariter sunt
differentiæ iuxta adnotationem C. Bacch.
in Pinace.

43. Chamelea triccocos omissa est.

44. Calendula prolifera, seu Caltha prolife:
ra V. Bacch: non est in Horto.

45. Canna indica flore luteo, seu Arundo X.
Bacchini. non decima simpliciter, sed
inter indicas, quare opus erat addere ali:
quod verbum.

46. Canna indica flore purpureo; Arundo X.
Bacchini. non decima sed nona.

47. Caparis fabago dicta, seu portulacæ folio
Bacchini. non est.

48. Cardiaca vulgaris. quis patricia agnovit
unquam?

49. Carduus spherocephalus annuus quondam
viguit in Horto; nunc non video.

Car:

50. Carduus crysanthemus, seu atractilis maior Matthioli: nihilominus Matth: unicam tantum proponit atractilidem, quomodo autem quod est unum possit dici maius sine suo minori, ipse videat; interim planta quae hoc nomine significatur Scolimus est Theophrasti apud Caesalpinum.

51. Caryophillata alpina omnium minima Pont: omissa est. sed de minimis non solet curare Praetor.

52. Centaureum minus flore luteo, seu luteum 3. Bauhini: addendum erat perfoliatum, quia in hac specie proponitur a Bauhino, et folijs caulem amplexantibus et non amplexantibus ut videre est in suo Matthiolo.

53. Chamaemelum odoratum Creticum. non est. et cur Creticum, dum alij Romanum faciunt?

54. Chondrilla Rara Cretica seu Rara purpurea Lobelij quatenus cretica cum etiam in Apulia nascatur, ut scribit Columna, qui Senecium Carduum Apulum vocat.

55. Cicer sylvestris Lobel: quid? an differt a Matthi:

Matthioli cicere syluestri.

C

56. Chamepytis spuria dodonei: an est diversa a chamedri Laciniatis folijs Lobel: superius scripta. non puto.

57. Cichoreum minimum flagitinum. non satis per hec ab alijs cichoreis distingui mihi uidetur, sed addendum existimauerim aliquod uerbum singularem ferendi caliculos modum explicans, in hoc enim mire discrepat ab alijs.

58. Coriandrum alterum Lobel: desideratur.

59. Conuoluulus cyssampelos, seu fagopyri facie, seu Conuoluulus niger dodonei. satis erat propositus superius nomine Cyssampeli: seu Conuoluuli nigri Dodonei.

60. Clematis peregrina flore albo simplici. nulla alia est clematis in hortis flore albo (excepta flammula Iouis dicta, quam illa Clematis species, quam Anguillara Arraginem Teophrasti esse putat, sed hec ubique Locorum in sepibus nascitur, tantum abest, ut sit peregrina.

Corij

61. Corylus peregrina fructu colore pistac:chi. Hanc non observaui in publico hu: dio tamen reperiri in priuatis Hortis.

Chrithamis tribus Matth. addatur et quar: tum, uidi enim hoc anno in horto.

62. Croci species, fortasse in montibus ab herbarijs observatæ sunt, in horto uel nul: lam, uel certè pauciores uidi

63. Cuminum sylvestre Creticum Matth. nes cio quo loco meminerit Matthiolus Cumi: ni sylvestris Cretici quare commodius Cu: minum sylvestre primus Matth. scripsisset.

64. Cyanus minor flore cæruleo habet di: differt a uulgari arvorum, ignoro quid sit.

65. Cyperus esculentus Matth. seu Tragi Matt: hioli. scribendum Trati Matthioli non Tragi.

66. Cytisus hirsutus Marantha nimium cre: dulus Veslingio perperam Cytisum hirsu: tum in horto Marantha ascripsit, cum reuera Cytisus Marantha omnino alia res sit, nec differat à Cytiso Matth: quem dubito an reperiatur in horto nisi forte

sit

sit quedam species in fictili observata, sed siliquam minimam producit intortam tamen ut fingitur Cytiso matth.

67. **C**onvolvulus spicæ folius. Cantabrica qui: busdam omissus est, quem tamen scio esse in horto, et passim nasci in montibus Patauinis.

D

68. **D**entaria prima Eritronium Matthioli: non possum imaginari, quæ sit inter dentarias, quæ Eritronium uocetur.

69. **D**oronicum Austriacum Clusij; sed quodnam est, cum multa doronica austriaca propo: nantur à Clusio: præterea inter ista doro: nica non uideo scriptum doronicum illud cuius folia caulem amplectuntur, quod clusius maximum suie. V. austriacum ap: pellat, quod certo scio esse in horto.

70. **D**oronicum siriacum Clusij 4. nescio an Bo: tanici an typographi errore stiria migra: uerit in siriam.

71. **D**ulcamara seu solanum scandens XII. Bauhini eadem est cum dulcamara su: pra:

praescripta, at si non est eadem, quid est?

E

71. Ebenus Cretica. neque Ebenus est neque Cretes propria planta. Licet Bona ex Belli epist. Ebenum cognominaverit, nam verius Cytisi species est. dicitur naxidri: bitur ab Anguillara in Abrutio in Monte Maiella.

72. Elatine folio rotundo seu subrotundo. Revera non observavi hanc plantam.

73. Equisetum marinum caule nudo Bauh. seu uva marina Dodonaei fortasse in nos: tris maritimis reperitur, at in horto quod sciam non est.

74. Eringium nobile Gesneri. Quid?

75. Eringium pumilum arvense flore coeru: leo. in nostris arvis certe non producitur.

76. Erisitalis Plinij folio lacineato.

77. Erisitalis Plinij folio. Plinius unicam Erisitalem proponit, eamque neque lacinia:

dto

atonec integro ait esse folio uerum neutra est Plinij Legitima Cristalis nam Plinij flore est flauo, et Cristalis quæ in horto est pur pureum producit uerum quidem est quod Anguillara notat in agro Vicentino propter fossas Legitimam Plinij Cristalem flo: ribus Luteis reperiri.

78- Eupatorium aquaticum fæmina seu Cu: patorium Chrisanthemum Tab. idem est cum Cupatorio aquatico flore Luteo supra posito nisi fallor, quare com: modius fecisset si primum Cupatorium aquatikum folio partito uocasset, se: cundum uero Cupatorium aquaticum non diuisum, quod tamen in horto non est.

F

79. Fagus. sed cuius fagus, quum uarij uariam plantam pro fago nobis ostendant.

80. Flos Scarleti Loniceri seu flos sangui: neus Monardi si qua fides. C. Bauhin toto cælo flos Scarleti Loniceri distat à sanguineo Monardi, quum hic nihil re: uera aliud sit quam nasturtium indicum uul go dictum, ille uero inter armerios reponatur.

Fran:

81. Frangula Matth: eadem est cum Frangula seu Alnus nigra Dodonæi supra posita, et si quis Botanicus fortasse discrimen inuenit.

82. Frumentum Turcicum seu Fagopyrum Dodonæi. Bacch. non Cæsario Fagopyrum Dodonæi à quopiam dictum esse. Frumentum Turcicum præterquam à Veslingio Saracenicum quidem.

G

83. Gallium creticum siue palustre album Bacchini. Gallium palustre Bacchini in Pinace forrarum Italiæ municipalis est, ut notat Cæsalpinus.

84. Geranium triste Cornuti ommissum est, quod tamen propter elegantiam, et raritatem prætereundum non erat.

85. Gratiola Cærulea Bacch. amphibologia est cum Gratiola Cærulea Bacchinus uocetur et Lysimachia galericulata, et etiam Gratiola minor quam ponit in suo Matthiolo.

HI

86. Helleborus trifolius spinosus creticus desideratur.

Herba

87. Herba mimosa, seu viva à Costa. Diversæ plantæ sunt apud à Costa, cuius mimosa et viva. Descriptiones non conveniunt herbæ, quam hoc nomine indigitat Catalogographus: nam isthæc, etsi tangatur non tabescit nec languescit. Anno elapso vidi simile spectaculum præbentem Mimosano, quæ tu desijt esse in Horto. Hæc sane Mimosæ potius quam Herbæ vivæ à Costa congruere mihi videbatur.

88. Hypericum Matth; seu Alcea Veneta Veslingi. Affectata est ista clausula nam ante Veslingium Alcea Veneta dicebatur.

I

89. Iasminum arabicum mali aurantij folio Nicolai Leonis N. Veneti. non ut illius qui primo hanc plantam descripserit, is enim fuit Ferrarius sed ut illius, qui primo hanc plantam horto Patavino addidit.

90. Iris bulbosa flore duario. Extat in horto Equitis Virsatti et aliorum, in publico nondum vidi.

L

91. Lablab Aegyptium Alpini. Desideratur quamvis

ais alias adfuerit.

92. Lactuca Sylvestris Matth. omissa est.

93. Lapathum cucentum seu Rubrum Camera:
rij. erat tempore Veslingi.

94. Laurus mexicana arbor peregrina ex Gui:
nea Clusij peregrinam hanc plantam hos:
pitam nondum vidi huius horti.

95. Lenticulæ palustres trium specierum omissæ.

96. Leucoium creticum utriculato semine Alpini. }
Leucoium Creticum singulare sive Argentea Alpini }
argentea Alpini nihil habet commune cum Leu:
coij natura sed deceptus est Cattalogographus
errore Typographi, qui Argenteæ imagini ap:
posuit titulum Leucoij, quem debebat Le:
ucoio semine utriculato hinc nosce quam
diligenter authores inspexerit, et quam
credulus sit fallaci imaginicularum speci:
ei, et titullorum fidei interim argentea Al:
pini non extat.

97. Limonium Echioides. Planta hec, quam nu:
per locupletatus est hortus nihil habet
Echio simile, nisi quod folium punctitalis

qui:

quibusdam, seu geniculis est asperatum unde commodius fortasse dictum esset Limonium folio venuoso sine aspero.—

98. Limonium minimum reticulatum ragusinum an pumilum Clusij. tantum incidi ostenderunt dij.

99. Linaria alpestris flore violaceo folio carnoso Veslingi an Linaria folijs carnosis cinereis Bauhini. 4. Clusij. Non est certe Linaria folijs carnosis cinereis Bauhini sed quadrifolia supina Lindecis ex Stiriaca 3.a Clusij hec, que ex Monte Baldo in horto est.

100. Lotus siliquis Ornithopodij Bauhini. Clarissimi quam perperam Lotum Ornithopodij siliquis appellat, nihil aliud est quam Securidica minor Matth. c. Bauh. in Pinace. Securidica minor Lutea Corniculis recurvis, non Lotus siliquis Ornithopodij.

101. Lichnis Bizantina flore simplici seu miniato flore Clusij. Cecus cecum in foveam duxit. Typographus, ut existimo, pro miniato minutum posuit in Pinace hinc Botanographus nihil ultra scrutatus minutum, et ipse scripsit.

Lich

102. Lychnis bizantina flore pleno, seu flos Constatinopolitanus incarnatus Cystiteri: dium. Lychnis bizantina flore pleno que in horto habetur Coccinea est, et dicer: da a flore Constantinopolitano incarnato Cystitertiu que tamen Lychnis Bizan tina est sed floris colore incarnato.

103.
103. Lychnis Bizantina flore vario Marcelli: non est flos Constantinopolitanus minia: tus Cystiternie, que Lychnis bizantina flore Coccineo simplici est, sed species quedam alia peculiaris quam notat Bau: hinus in Linace ubi Lychnidis coccineo flore varietates proponit.

104. Lysimachia galericulata cerulea Bau: hini, quam hoc nomine ostendunt Lysi: machia galericulata macior et hirsuti: or est statim inferius posita (nascitur in fossarum ripis una cum sideritide palustri vulgo dicta) verum quidem est alteram huius speciei Lysimachiam et minorem in horto esse sed hanc nullibi preterquam in Gerardo et Parkeisono propositam. Observavi gratiole ceru: lee ubique extra hortum sponte nas: centem nusquam vidi

Malva

105. Malua hortensis flore pleno nigro Marcelli: an Malua arborea multiplici nigro flore Tab. in subita dubitatio, nam plena res est.

106. Malua indica flore roseo seu Rosa chinensis plura, et rara repetita non semper placent. uide in littera A. Althea Congener, seu Rosa Chinensis.

107. Malus punica flore pleno. candem rem puto, cum malo punica sylvestri suprascripta licet. C. Bauhinus in Pinace uideatur distinguere. neque in horto prester fructiferam malum punicam aliam observavi quam balaustia ferentem, quae Cesalpino dicitur sterilis hancque puto sylvestrem dictam, quia fructus non ferat.

108. Melilotus supina Cretica an Syriaca Gob. Bauh. nihil enim aliud est quae ipsi supina Cretica et an Syriaca Hobelij perperam dicitur quam Melilotus italica folliculis rotundis. C. Bauhini. in Matth.

109. Melilotus flore albo. addi poterat, et flore luteo quae Lotus sylvestris est Cesal.

Cesalpino trifoli uulgo eidem, nascitur in horto, et passim secus margines agrorum.

110. Mercurialis silvestris femina. Cynocrambe Camerar. addendus erat secus, nam apud ipsum est Cynocrambe mas, et femina, mas est supra posita Cynocrambe Dioscoridis nomine, femina vero apud ipsum est mercurialis silvestris femina C. Bauhini.

111. Morsus Ranae dodonei, seu quadrifolium aquaticum. ubinam botanica numina, quadrifolium aquaticum morsum ranae dixit dodoneus? et si dixit, qua ratione quum flores tantum tribus constent folijs? folium autem unicum sit singulo pediculorum quadrupliciter. sed ipse uiderit. ego Nimpheam parvam Cesalpini dicam plantam hic significatam.

N

112. Napellus flore albo. Ignoro quid sit.

113. Nimphea albo flore minor, seu Nimphea alba minor Bauhini. neque in horto neque in fossis Catanensis observatur Nimphea

hec

hæc alba minor Bauhini, sed deceptus est existimans morsum Ranæ dictam esse Nimphæam minorem Bauhini.

114. Nardus celsica alpestris flore luteo Clusij. non vidi quanquam in montibus Thebani Zilotomi reperiri afferant.

O

115. Onobrichis semine spinoso cretica. nondum delata è Creta.

116. Origanum fistulosum Columnæ. non Columnæ sed Cornuti.

117. Orobus alter Clusij seu Anthyllis leguminosa. Iterum scripta in littera A. Anthyllis leguminosa.

P

118. Peonia fœmina florè albo pleno florem vidi, et te etiam cum Catanij esses recordor vidisse ex Horto Nicolai Leonis, ac planta in publico horto non extat.

119. Papaver spinosum florè purpureo. Nondum

dum vidi; immo Pilotami non adesse faten=
tur in horto.

120. Parietaria sive Alsine Matthioli. Non
Alsine si dijs placet, sed Helxine Matth.
scribendum.

121. Paronichie. quid in Triapam commisere
Matt. Paronichie ut ab Catalogo summo=
uerentur an quia ignobilia gramina sunt
et pedibus undique nobis terantur.

122. Peplus, sive Esula rotunda Bauhini. Sa=
tis erat bene nominasse in Littera. E. Esu=
la R.

123. Petasites Anguillare a Matthiolo Perso=
laginis Maioris nomine proposita, omissa est.

124. Pilosella siliquata Camerarij omissa est,
que tamen in horto passim suo tempore
spectatur.

125. Pistacchium Syriacum fructu rotundo,
seu arbor Exotica Bauhini fructu race=
moso. Arbuscula que in horto est The=
rebintho persimilis non potest esse meo
iudicio arbor Exotica Bauhini. Primo
quia

quia neque folium habet mali aut pyri sed Therebinti. Secundo quia fructus Avellanae similem non producit, sed Lentiformem hoc est Compressae rotunditatis. Ego suspicatus sum esse. Geminam Therebintum Theophrasti.

126. Polemonium minus alpestre. ignoro quid sit. Rizotomi tamen dicunt reperiri in montibus Thesini, at in horto non est.

127. Polium arborescens creticum seu frutescens Diosc. Honz. magis desideratur quam spectatur in horto.

128. Poligala recentiorum flore Luteo. mihi narratum fuit reperiri in Sumano Monte, sed in horto adhuc non descendit.

129. Poligala flore purpureo et ceruleo. Vulgationes quae iis sint pretermissae sunt.

130. Pomitum est non minus frequens aliis ~~Po~~tamogetis in fossis ~~P~~atavinis. ~~Po~~ ~~tamogetis in fossis~~ Potamogetum foliis latis splendentibus. C. Bauh. in Linace.

131. Omissum etiam est Poligonatum quoddam pere-

peregrinum, quod in vase cum flore obser-
vavi hoc anno. forte dicitur in Cardian-
sonà Poligonatum racemosum indicum.

132. Prunella flore purpureo officinarum Bauhini.
Prunella flore albo Bauhini. Non reperio in
toto Linaco has duas Bauhini nomenclaturas.

133. Pulmonaria gallica flore luteo seu Pul-
monaria altera Matthioli. implicat Pul-
monariam luteo flore esse alteram Matt-
hioli qui floribus purpureis suam pul-
monariam alteram describit. hinc liquet
Botanographum iconibus nimium fidere
parum de auctorum descriptionibus solli-
citum. Præterea non video quemquam istas
pulmonarias in Catalogo descriptas galli-
cas appellasse præter illud Hieracii ge-
nus quod murorum Hieracium dicitur.

Q

134. Quamoclit Indicum Camerarij. nomen sa-
tis declarat plantam indicam esse.

135. Quercus. genus est quod multas species
complectitur que igitur est ista que hic
significatur.

Quinque

136. Quinquefolium fragiferum repens flore luteo, seu agrimonoides Columnæ. Agrimonoides Columnæ iterum scripta est in Littera P. Pimpinella Agrimonioides; hanc tamen inter pentaphilla fragifera recte poni posse non existimo, neque video quemquam reposuisse.

R

137. Ranunculus flammeus maior Dodonæi. Ademptus est ab istis Rizotomis delatus in hortum ab Alexandro Boalum cum quo eram dum forte reperiebat in fossis Catacinis, quibus repurgatis omnino perijt.

138. Ranunculus flammeus minor Dodonæi. Nomenclatura hæc non ita stat apud Dodonæum si fides Bauhino in Pinace, sed flammula Ranunculus, qui idem est Ranunculo Lanceolato. T. M. supra posito.

139. Ranunculus alpestris folio uitaceo seu pyrg. cornuto folio Clusij. aut sinonimus est cum Ranunculo alpino Coriandri folio Rone, supra dicto, aut Aversit Bauhinus in Pinace.

Omisi:

140. Omissus est Ranunculus exiguus scelera-tissimus a Trago dictus vulgo Crus galli qui est V. Matth. nascitur in horto, et frequens ubique in pratis.

141. Rapistrum Monospermum Creticum Bau-hini; nullum aliud Monospermum Rapis-trum, ut Conicio ex Pinace, novit Bauhi-nus, quàm illud, quod in suo Matthiolo et Phytopinace proposuit Creticum tamen non dixit, et Revera in nostris agris passim Reperitur.

142. Rapistrum tetragonolobum Creticum. Nul-lum aliud Rapistrum tetragonolobum extat in horto, quã illud quod in brachiis gestant Rizotomi.

143. Rapistrum arvorum flore purpureo. Non vidi in hoc genere flore purpureo neque quod haberet siliquam articulatam, inas-cribitur huic Rapistro purpureo I.M. à C. Bauhino in Pinace.

144. Rapunculus Corniculato flore albo maior seu Rapunculus alpinus Corniculatus Bauh. in Pinace. hac nomenclatura exprimit C. Bauh. Rapunculum illum elegan-

elegantem, quem in suo Matthiolo apposuit Rapunculi alpini spicato similis nomine, et Cano in suo Basto Trachelium minus petreum nominavit hic tamen CerulEum producit florem non album.

145. Rapunculus trachelij folio flore spicato Ceruleo; an Rapuntio Corniculato affinis Columnae. Certe Bauhinus in D indice non dubitat qui ut signa notavi Rapunculum alpinum Corniculatum appellat adeo ut apud ipsum Bauhinum Rapunculus alpinus Corniculatus et Rapuntio Corniculato affinis Columnae eadem res omnino sit.

146. Rosa silvestris seu Cynosbatus Plinij dispezeam si uidit quid sit Cynosbatum apud Plinium an differt à Rubo vulgari? preterea velim mihi dicat quemnam intendit proponere Plinij Cynosbatum an Capparim que Cynosbatum appellatum fuis se scribit Plinius. Sed Capparis, neque inter Rosas silvestres, neque inter Rubos Reponi debet. an Cynosbatum quem ab alijs Cynospastam ab alijs vero Neurospastum uocatum fuisse dicit Lib. XXiiij. Cap. Xij. at nullam adhuc plan-
tam

tam observavi, neque in horto, neque extra, quę folium habeat vestigio hominis simile, ut de hoc Cijnosbato tradit Plinius.

147. Rosa sine spinis Camerarij. Ignorant et ipsi Bizoteni Rosam hanc.

148. Ruta hijpericoides sijlvestris Dodonzi. Planta quam hoc nomine donat non est Ruta hijpericoides sijlvestris Dodonzi sed Androscemum foetidum. C. Bauhini quod in suo Mathiolo appinxit foetidum enim est, et hircum redolet quod de sua hijpericoide non dixit Dodonzus.

S

149. Salvia baccifera cretica Hobel. quę Salvię bacciferę creticę nomine ostenditur in horto baccas nunquam protulit, unde vere ambigi potest an sit.

150. Sambuccus Montanus fructu Rubro seu Montana Racemosa Lob. scio, hanc reperiri in Monte Baldo, ut notat Anguillara at in publico Horto nondum observavi.

151. Scorpioides bupleurum folio cretica. in horto non

non observavi aliam Scorpioidem folio bupleuri, quam Columna pro Dioscoridis Clymeno proponit. Cæsal. pino auricula Leporis vulgo dicta; neque Rizzotoni aliam ostendunt.

152. Securidica peregrina Clusij. Non vidi in horto Securidicam quæ siliquas dentatas utrinque produceret quemadmodum Bauhinus Securidicæ peregrinæ Clusij ascribit in Pinace.

153. Sedum aquaticum flore Luteo. Nullum adhuc novi Sedum in aquis, aut palustribus nascens. Scio tamen Speciem quandam aquaticum Stratiotes peregrinam, quibusdam Sedum aquatile nominari; sed hæc non extat in horto. præterea meminerunt Camerarius, Clusius, et alij cuiusdam Sedi palustris, uerum hoc non Luteum, sed purpureum, aut Carneum producit florem, ut observat Bauh. in Pinace, quodque desideratur in horto.

154. Omissa est alia minime Sedi species supra scripto proxima sed insipida, quæ semper uiuum primum minimum est Cæsalpini sed fortasse Catalogographus hanc intellexit illecebræ sempervivi Lobelij nomine, ignorans debere esse acrem.

Rizzo:

155. Aizoon. 3. Dioscoridis Columnæ omissum præterea quod in vase Lepidissimo proventu Luxuriat.

156. Sena orientalis Cæsalp. Tab. non modo orientali Sena quæ Remotior ab Italia nascitur, sed ex Tusca, quæ facilius haberi potest, caret hortus publicus.

157. Serpentina Latiori folio Matthioli. unicam tantum proposuit Matthiolus Serpentinam, eamque Strictissimo folio Constare Scripsit, si quæ autem Latiori erit folio aut Serpentina Matthioli non erit aut saltem à priori non differret nisi ratione habitudinis, quæ ex Soli natura pinguiori vel macriori dependet.

158. Sesbam Alpini; neque planta, neque semen amplius observatur.

159. Sebesten Tragi. somniat.

160. Omissa est elegans Solani vesicarii peregrini species Solano cret. flor. pallido Congener.

161. Soncus Levis Lacineatus Cæruleus Bauhini.

Son

Soncus Levis Latifolius flore Ceruleo Clusij, et Bauh. interrogati Rizotomi super his Sonchis Ceruleis, Responderunt se quidem spe=ciem unam Reperijsse in montibus Bassa=nensibus quam tamen in horto non habent. aliam vero Sonchi speciem penitus se igno=rare quid sit.

162. Stœbe maxima Babilonica. Hanc mihi os=tendere nesciunt Rizotomi nisi hoc nomine intelligant stœbes speciem alijs non adeo ma=iorem à Clusio propositis quam in montibus nostris Reperiri dicunt Hortulani; cæte=rum nullum video Babilonicam stœben proposuisse.

163. Stechas minor ex Serigo Leonica dicta non=dum ab Horto Leonis in publicum delata fuit. Cerigo non Serigo Legendum, quam Insulam antiqui Citheram vocarunt.

T

164. Traraxacum, seu dens Leonis. 3. species Dodonzi planta, quæ hoc nomine indigitat aphaca Theophrasti est Cesalpinoanos Iris Cusso de Can dicta, quæ tamen diversa est à specie terzia dentis Leonis Dodonzi.

Thlas=

165. Trachelium indicum, seu flos Cardinalitius Planta quidem lepida, et Romana purpura inclita non tamen tanti est ut toties in Catalogo debeat nominari.

166. Thlaspi seu Lithothlaspi Ragusinum Crassiori folio Columnæ. Ignoro utrum Ragusinum unquam viderit Columna. Certe nullam plantam Ragusinam cognominavit; præterea Lithothlaspi quod hic intelligitur pinguiora quidem habet folia, sed non Rotunda, ut Columna de suo Lithothalaspi crassiori folio innuit.

167. Trahelium Valerianoides, seu Cervicaria Valerianoides Cerulea Bauhini. Huius semen sua liberalitate accepit Hortus et plantam non produxit.

168. Trachelium petrium minus Lonz. inter Rapunculos superius scriptum nomine Rapunculi folio Trachelii flore spicato Ceruleo aut Rapunculo Corniculato affinis Columnæ.

169. Trifolium falcatum Creticum, seu Siliqua falcata Bauhini.
Trifolium Corniculatum Creticum, seu Siliqua

quod Cornutâ Bauhini. Non observavi.

170. Trifolium Stellatum Bauh. in Prodromo. Non est.

171. Triticum multiplici spicâ Bauh. Non est.

172. Trifolium Americanum Spicatum Bauh. Trifolium Americanum quod hic intelligit Bauhinus non est quod nunc in horto vi:get, et hoc nomine donatur, sed Hedysarum triphyllum americanum in Prodromo pictum.

V

173. Valeriana Indica Clusij, seu Cornucopioides Bauhini. In toto Pinace nullam Valeri:anam Cornucopoidem dixit Bauhinus.

174. Verbascum nigrum flore albo seu 3. Mat:thioli Bauh. At Mathiolus suum 3. Ver:bascum floribus luteis describit non albis

175. Verbascum Salviæ folio Indicans, seu sylvestre Salviæ folio Laciniatum Fobelij. Fobelius sylvestre suum verbascum Sal:viæ folio non Lacineavit, immo ipsius fi:

gura

nam misere dilaniat qui hoc ipsi tribuit; nam folia omnia tam superiora, quam infe: riora huiusce verbasci sylvestris integra sunt, quemadmodum et Salvie.

176. **Verbascum** incanum flore luteo 4. Matt: hioli, seu thapsus barbatus. Certe in meo Matthiolo quartum Verbascum videtur exprimere verbascum fruticosum quod Sal: vij folio lato. c. Bauh. in Pinace, et in additionibus ad Matthiolum nominavit, quod idem iudico cum verbasco Salvie q folio fruticante superius posito.

177. **Verbena** surrecta vulgaris seu sacra ruta Lobelij risum teneatis Amici! Ut festinius dixisset sacra dei Lobelij, qui verbenam sacram Rectam, non Rutam nominavit in Advers.

178. **Veronica** Theucrij effigie minima Ba: guvina, seu Chamedrys spuria minor an: gusti folia Bauhini necessario erat ad: dendum nomen Joannis, ut innotesceret quisnam ex duobus fratribus hanc plan: tam proponat.

179. **Vicia** silvestris glabra s. aphaca J. M. nescio quid–

quid intelligat per Taberne. Aphacam cum
in toto Linacelaphatam. T. M. non reperi:
am. Certe T. M. quam nos cum Cesalp. apha:
cam dioscoridis nominamus apud ipsum
Clatione. tertia est.

160. Vurtica iners Lactea seu Lactea Matth.
eadem est cum Lamio uulgari striato seu
Lamio albo Linea notato Bauhini supe:
rius in Littera L. scripto.

Z

161. Zacintha Matthioli. superius scrip:
ta C. Cichoreum sylvestre Lacineatum
seu Zacintha matthioli.

162. Zizyphus alba Columelle seu oliva Beo:
tica matthioli. Boemicam Matthi
olus nominat, non Boeticam.

Praeter haec quae singulatim adnotata sunt
tripliciter etiam in universum peccatum esse
in hoc Catalogo observo. Primo quia nun-
quam forma innuitur Libri titulus sive opus
in quo proponuntur ab auctoribus citatis
plantae, quod emendi, praecipue tironibus non
secus esse potest occasio, maxime si in illis
auctores plures ut fit Libros ediderint, ut
Clusius Columna Dodonaeus et alij. Sic exe-
mpli gratia si dicatur Climenum Columnae quis
obsecro poterit divinare unde Caltha seu
de Scorpioide bupleuri folio intelligendum
sit cum utraque planta hoc eodem nomine
diversis tamen operibus proponatur a
Columna. Secundo peccatum est quia cum
frequens et nimia forsassis mensio fiat
Bauhini nusquam expressum est quis ex
duobus fratribus ambobus magni nominis
Botanicis intelligi debent, quod ad evitan-
dam ambiguitatem erat omnino necessari-
um aut saltem indicandus semper erat
operis titulus ex quo facile accipi potu-
isset de quo Bauhino intelligeretur. Tertio
quia non semel postquam alicuius plantae
Legitimus indicatus fuerit Auctor seu
descriptor additur opere frustratorio Ba-
uhini, quod sicuti vetre factum esset quando
adesset

adesset aliqua ambiguitas num scilicet talis
planta esset huius, uel illius auctoris, ita
omnino insulsum est quando res citra Con:
trauersiam liquidas est, exemplo ut ex:
plicato - si aliquis scribat in suo Catalogo
Serpentina matthioli Bauhini; additio
Bauhini omnino extra rem iudico; om:
nes enim posteriores Botanici unam,
et eandem plantam pro Serpentina Mat:
thioli agnoscunt: at e contra si scribat
alter: Alyssum Dioscoridis Columnę
aut Dodonei non solum rectam sed ne:
cessariam rem facciet quia non omnes
pro Dioscoridis Alysso plantam quam
Columna aut Dodoneus Dioscoridis aliį
Bum ~~extr~~ existimas existima propo
14 nerunt -
His addi posset et quartum peccatum quod
scilicet non coniungant, quoad fieri potest
in hoc Catalogo seu proxime non per:
ponunt, quę natura similes sunt, et
Cognatę plantę - sed quia aliquo pacto
hunc errorem excusare potest alpha:
beti ratio ideo pluribus abstineo, tibi
cetera et ista hęc simul excutienda di:
ligenter relinquo L.

Notæ in Notas, seu Vindiciæ Catalogi horti Patavini editi anno M.DCLX.

L

A

1. Aconitum Licoctonum Cathalographi est II. Matth. fl. pallido, et ex Pinace Bauh. L.V. sect. IV. quare inique Censor Cathalographum carpsit, qui prius utinam legisset Bauh. in hist. Plantarum. L. XXXIIIj. cap. XVI. ubi abunde sibi satisfacere poterat.

2. Frustra distinctionem in Acoro Censor quaeritat, cum non alius Acorus verus quam Dioscoridis intelligatur. Theoph. enim species 4. Tragopogoni est iuxta Bauh: in Pinace L. VII. sectione iiij.

3. Ridicula Censura, cum et floribus quandoque Candidis reperiatur prout in Pinace L. VI. sect. iiij.

4. Futilis Censura hipocondriaci cui oculus, vel mens caecuciebat.

5. Alliaria vulgaris in Cathalogo ita appellatur non quia alia nobilior prostet sed quia passim nascatur, et ob Allij odorem etiam vulgo sit cognita

Hic.

6. Hic Censor Sallinez morsus ignoravit Sciagraphias, cum uterque sit Alsine maior, et Alsine minor.

7. Quid si nomen Ferrarij tacuit? satis est, Plantam descripsisse.

14 8. Quid criminatur hic Censor? Cathalographus utrinque Alissum designat Columnæ; primum dum describit Alissum Galeni Clusij, quod Plantam hisp. Marrubio similem Column. autumat ut videre est in Pin. L. VI. Sett. V. secundum vero proprio nomine Dioscor. Columnæ describit.

9. Hic Cathalographus Marcello Amarantos ascribit, qui horto donum fecit non Alexan: Bahalamius.

146 10. Hanne et suum Ammi vulgatius describit Lobelius in obser. Stirpium p. 415; et in Aduers. p. 322. 323.

11. Et an omnes describendæ Plantæ, quæ in horto non sunt?

12. . . .

Hic

13. Hic Lynceus Censor paneim versatus in Re herbaria utinam animaduertisset Aduersaria Lob. p. 136. et Pinacem L. V. Sect. 1. ubi constat Solanum Bacciferum seu Strychnodendrum, vulgo Amonum Pliny nuncupari, non quod Legitimum sit Amonum; cur autem in Cathalogo Lauri folio describatur, id prolubito fuit Cathalographi non quod Bauh. ita in Pinace describat. mens enim fuit tantum dicere Solanum Bacciferum Bauh. sed Lauri folio ex proprio marte, sic enim, et Lob. eius folia describens in Aduers: p. 104. (prout ipsi placuit) Tithymali folia emulantem imo Persici aut Amygdale facie et fronde depinxit.

14. Bilem certe in stomaco hic habuit Censor, cum satis pro Responso sit et Bauhinum in Pinace ita de Anagalide distruxisse.

15. . . .

16. Non tenetur plantas, que sunt extra hortum Cathalographus delineare.

17. Cur hic cauilletur Censor nescio cum et Veslingius in suo Cathalogo Patauii edito 1654. Anagyrim minorem fetidam descrip:

scrit

serit, nulla facta mentione de maiori; sed caligabat doctissimus Censor, qui Linaeam legisse gloriatur, an vero intellexerit ignoro Cum sibi Bauhinus L. XI. sect. 2. Anagyrim arborescentem describat fetidam: et quomodo Arborem non vidit. Et si arborescens est cur non maior appellanda! et ita maior cur non illa minor pro distinctione maioris nuncupanda! quod clarius inspexisset in hist. Plantarum Bauh. L. XI. Cap. II.

18. Si absque bile Censor perpendisset Icones Orobi Pannonici C. Clusij, et Astragaloidis Dod. non ita Cathalographum Criminatus foret, quantum enim inter se differant profecto vidisset: Astragaloides nanque herbariorum, quae Polygala (Matth. (et eodem Lobelio et Bauhino in Pinace) Planta est multi caulis, quae in summitate caulium flores glomeratim fert; non ita Orobus Pannonicus, ex cuius caule alij cauliculi diramantur, floresque sparsim nascuntur; recte tamen Bauhinus censet Astragaloidem Dod. et Orobum Panon. Clusij esse unam, et eandem Plantam.

19. Deliberabat Censor.

Consulta

20. Insulsa Correctio quid est mollibus flexi:
tere in Synonimis?

21. Fortasse Censor non vidit.

22. Utinam Censor Species quas tangit edocuisset.

23. Satis est ut à vulgari discriminetur vari:
egatam extitisse . . . pubesceret.

24. Ridicula obiectio: quot Plantae in Cre:
ta nascuntur, quae et aliter? Scoffia
Cretensem appellari, quia fortasse Plan:
ta ex inde delata primum innotuit an:
tequam in altero Solo sobolescere observa
retur.

25. Quid hi pergit ante Cathalogi exortum?

26. Ad hoc supra satis superque.

27. Quae non erat in horto, nec in Cathalogo
describenda.

28. Quid blaterat Censor? nonne inter Ursi
Auriculas, et Pinguiculas? et inter has
nonne quandam describit Geznerus folijs
humidis, mollibus, levibus absque nemo in
Calus:

Palustribus nascentem? quid si sit inquit Clusius L. iij. histor. Rarior. Plantarum l. xiiij.) hæc singularia Plinij, quæ circa fontes nascitur?

29. Error Typographi.

30. Satis est aliquos flores, si non omnes, uarie: gato producere.

31. Subintelligitur prima est in Sinaca L. iiii. sect. ii.

B.

32. . . .

33. Ad hoc satis Responsum est. n.° 20.

34. Mendacium supra mendacium, hic Sciolus Censor Blasphemus est, spectrum ait, passum fuisse Cathalographum, quod potius ipse; quomodo enim in Cesalpino Bellis Alpestris Maior densior folio non describitur? nonne L. XII. cap. XXVI. ipsissima Planta delineatur? cuius ta: lia sunt uerba: In syluæ (ait) nascitur quædam, scilicet Bellis. fruticosa (ramulis Ligno.

linosis, Folijs modice angulosi, Crassis &c. Quomodo ergo de hac Planta non scribit Cysalpinus?

35. Cccus non iudicat de Coloribus.

36. ...

37. Imo necessaria particula (seu) pro tali Blito distinguendo ab alijs; nam et Lobelius in Stirpium obseruat. Pag: 130. Polyspermon describens absque additamento Bliti spolyspermon uocari tradit.

38. Blitum uulgare Album, et in Cathalogo Plantarum horti Patauini edito anno 1644. Auctore Veslingio describitur. Cur autem addatur Bauhini à Cathalographo non obtrudendum illi, sed potius Censori, qui Bauhinum male intellexit ut uidere est in Pinace. L. iii. Sect. 5, et in Hist. Plantarum L. 33. et si addatur particula (uulgare) id importat natiuam quasi Communem, seu uulgarem ipsius Plantæ. Quia uulgo Blitum uulgari idiomate Bione, ò Biedone uocitatur.

39. Ad hoc Responsum satis est n.º 37.

Quid

40. Quid implicat dari Buglossum Hispaniam angustifolium, quod etiam sit vulgare Buglossum Matth.?

41. Imò Bauhinus lib. VII. sect. II. in Pinace quintam non Brunellam ut ait Censor sed Brunellas vocat, cum cavilloso Censore ita vocari diceat. At si an Brunellam V. Bauhini Cathalographus appellavit minimam recte fecit nam postrema est à Bauhino descripta.

C

42. Ex omissione Typographi in Cathalogo desunt.

15 43. Subrepta ante Cathalogi editionem.

44. Et hec pariter subrepta ante Cathalogum.

45. Cur bis repetendum verbum cum Cathalographus satis se exprimat dicendo. Cana Indica flore luteo seu Rubendo, hoc est Indica. X. Bauhini.

46. Vel error fuit Typographi vel Cathalographus intellexit Canam Indicam X. Bauhini Eyst: colore luteo sed rubris maculis puncta.

punctatam pro distinctione alterius Lutea.

47. Ipse non uidit.

48. Ita uocatur quia, et uulgo passim Cognita.

49. Catharactam patiebatur.

50. ...

51. Non erat in horto.

52. Cathalographus dum citat Plantam Aucto: ris, non omnes circonstantias describere tene: tur nam apud auctorem ipsas inuenire Liqui Licet, nec Clusius ipse aliud addit in discrip: tione istius plantæ quam Centaurium parui: um fl. flauo ut Constat L. VI. Cap. 1. de Plantar. Hist. et in Pinace L. VII. sect. V.

53. Hoc sub nomine Cretici, et Veslingius dat. in suo Cathalogo.

54. Si semen non ex Creta sed ex Apulia dela tum foret non Cretica, sed Apulea uoca: retur.

55. Quid ad te! forsitam tenetur Cathalographus cunctos

9v

cunctos enumerare Auctores, quibus adscri-
bitur ista Planta? Anne Matth.s tantum
descripsit; ut in Pinace observare potu-
eras si Grammaticam calluisses Cicer hoc
Lob. Aug.l Dodonei Castoris, Camerar: Ge-
rardi et aliorum est. Tu Correctione eges,
qui Priscianum verberando scripsisti: Cicer
sylvestris, qui tamen scribere debuisti Cicer
sylvestre; et hoc sufficit pro multis quos
virum ingenuum pudet connotasse Gram-
matices errores.

56. Hic Cathalographus si intellexisset Cama-
drym laciniatis folijs Lob. subiunxisset
Spuria altera Dodonei, ut videre est in
Pinace L. VII. sect. 1. pro distinctione pri-
oris Dod. et hec secunda Chamepitijs spu-
ria altera Dod. est Camedrijs laciniatis
folijs Lob. ut videre est Pinace. L. IIII. sect.
II. quam Plantam recte Cathalographus
superius descripsit.

57. Cum in horto non sit aliud Cichorium mi-
nimum Ragusinum, alia additamenta
necessaria non sunt.

58. Ad hoc alibi responsum est, nam cun-
ctas quas descripsit Plantas Cathalogra-
phus

phus non recte observasti.

59. Bis Cathalographus repetit eandem Plantam pro maiori intelligentia.

60. Clematis Peregrina fl. albo simplici iui: sed ita describitur pro distinctione aliarum peregrinarum alterius coloris.

D

61. Corylus peregrina fructu colore Pistacij, quamvis tu dicas Pistacchi, mi Censor, ire: pte subique locorum nunc est cur magis in horto non erit? fortasse tu non vidisti.

62. Quardum iam perierat.

63. Non semper lilia florent.

64. Alias responsum est, non implicari Plantam à Matth. observatam creticam nominari ob semen ex inde delatum. Hic describitur Cyanus minor fl. ceruleo Lob. ut ab altero Lob. distinguatur fl. candicante inferius uero in Cathalogo describitur idem sub nomine Cyani uulgaris Arnoorum pro maiori intelligentia studentium, ut scilicet quilibet pro Lubito Plantam denominare valeat.

Curor

65. Error Typographi ut videre est in Cathalogo Veslingij.

66. Si pacte observasti in fictili, et est Planta, quam Cathalographus describit.

67. Dum Cathalogus editus est iam perierat.

D

68. Scias itaq. ante editionem Cathalogi periysse. Ad te, quod attinet dicam te forasse deceptum ex Pinace L. V. sect. iiii. et hist. Bauhiniana L. XXV. C. ii. V. pro 3.° Doronico Austriaco existimando Clusij licet enim apud Bauhinum maximum Doronicum cuius folia caulem amplexantur et pro 3.° et pro 5.° describitur, in Hist. tamen Plantarum L. iiij. C. viij. Antuerpię edita en officina Plantiniana apud moretam 1601 viuente Auctore est septimum in ordinem, et Austriacum 3.^m cui porrò magis uidendum.
Cur, Censor mi, carpis Cathalographum de omissione, dum Doronicum Austriacum Clusij proponit . . . subdicendo. non nè pro primo intelligatur. deinde iterum carpis, quia Doronicum: V. Austr. Clusij non descrip:

scripserit, quod certè sciebas esse in horto.

69. Rectè indicasti Typographo errorem adscribendo.

70. Repetitio in Synonimis non est culpanda.

E

71. Ebenus verè Cretica in Cathalogo describitur, nec Cytisus, ut innepte putat Censor est in quo errore fuit # et Honorius Belli in Epistola 2. ad Clusium, quam fallaciam detegit postea in Epist. 4. circa finem, ubi ait, se misisse Clusio semina Cytisi Cretici, imò pro Cytiso putato, sed revera tum ex folijs, tum ex seminibus differre Cytisum Creticum ab Ebeno Cretica quamobrem non amplius Cytisum, sed Ebenum Creticam uocandam hanc stirpem censuit ut et Pona in descriptione Montis Baldi pag. 52. de Ebeno Cretica Creticam nomen ex natali solo sortita est quicquid dicat Censor cum suo Anguillara, cui quantum sit fidendum ignoro; quippe qui ut optime notat Matth. in Lib. 1. Dioscoridis cap. CXI. (ridenda sanè opinione) putavit Anagyrim Minorem, que Egherio, uel Eghelo

Cyhelo vocatur vernacula dinequa esse Cherin
2.m Speciem Theophrasti vocis tandum
similitudine Credas.

72. Credo, quia et alias plures non observavit.

73. Si fuisset in horto quando nigebat Planta
non ita Scripsisset.

I

74. Quid? non ne Gesnerus Eringium Capite
Dipsaci nobile dictum descripsit, quod
sextum est in Pinace L. X. Sect. VI.?

75. Non omnis fert omnia tellus.

76. ...

77. ...

78. Ad hoc alias Responsum est in Sinonimis
repetitionem non esse frustraneam.

F

79. Nobilior subintelligitur. Montana Sci-
licet Theophrasti prima, qui, et Campes-
trem describit, sed hæc minus utilis quam
Montana.

80. ...

D

81. Reprenditur Frangula in Cathalogo primum sub nomine Alni nigræ Dodon: deinde Frangulæ Matth. non quod duplex sit, planda immo unica, nam statim sub Alno nigra Dodonæi subiungitur Frangula Matth. quod idem est ac si indicatur Frangula seu Alnus nigra Dodon: Frangula Matth.

82. Nescio cur erraverit Cathalographus vocando Fagopyron Dod: seu Fagopyrum Bauhini Frumentum Turcicum, cum et Veslingius sic vocet in suo Cathalogo. Annon peccent et ipse, sicut et cæteri Botanographi Turcicum pro Saracenico appellitare Fagopyrum cum ex Regione Turcarum in nostras migraverit Regiones: nec dicatur Frumentum Turcicum importare aliud frumenti genus, quod vernacula lingua Sorgo Turco vocatur, quum ut bene notat Bauhinus in suo Pinace L. 1. Sect. 4. rigorose loquendo, Frumentum indicum appellari deberet, cum ex India translatum sit, ut notat etiam Matthiolus in l. 2.do Dioscorid. cap. 76. Fuchsius tamen, ac Dodonæus, Tragus, et alij Frumentum Turcicum appellavere.

H

I

Non

G

83. Non implicat Gallium palustre album a Bauhino descriptum in Pinace l. viiij. sect. ii. quod Cesalpinus in palustribus nasci tradit et in Creta sobolescere, cuius semina exinde delata ut pote ex nobiliori solo delicat insula in fictili sata plantulasque diligentius servandas natalia videre.

84. Dum Cathalogus editus est iam perierat.

85. Gratiola Cerulea Bauhini vocatur etiam Gratiola minor et etiam Lysimachia Cerulea Galericulata, et Cathalographus potuit illam denominare pro sua voluntate.

H

86. Cum editus fuit Cathalogus tunc erat.

87. . . .

88. Liquida correctio. Satis est unum tetigisse doctorem, a quo tali nomine appelletur.

I

Jasmi

89. Jasminum Arabicum à Prospero Alpino descriptum fuit, et ab alÿs. N. autem uiro, qui illud Horto largitus est, merito talis debetur honor uel ui muneris gratiam.

90. Cur in horto non uidit? An semper Filea florent? et alias dictum est.

L

91. Aderat cum editus est Cathalogus.

92. Hec non aderat.

93. Et etiam tempore editionis Cathalogi.

94. Si fuisset Censor in horto cum Cathalogus editus est, et hanc Plantam intuitus foret.

95. Deerant.

96. . . .

97. Plantæ denominatio cum re, cum qua conve: nit deriuari potest, ut et recte Limonium Echioides appellatum est quia cum Echio in puncticulis conuenit.

98. Et hoc aderat cum Cathalogus editus est.

Prima:

99. Erravit Censor unam pro altera confundendo.

100. Hec Planta Lotus siliquis ornithopodij Bauhini in Pinace L. VIII. sect. VI. est quam describit Cathalographus, Censor autem perperam securidicam minorem luteam cornicu-lis recurvis existimavit.

101. Non Cathalographus, sed Typographus erravit.

102. Hec eadem Planta in colore variant ut videre est in Pinace L. VI. sect. prima unde eam pro lubitu vocare potuit Cathalographus que dum incarnato est flore et est Eyst: et Bauhini nec obstat quod dum vidit Censor coccinei extiterit coloris quia hec ludicra est.

103. Quicquid sit de Lychnide Bisantina flore vario Marcelli hec Eyst: est flos cars. Calcedonico politanus miniatus nec aliam speciem in Pinace adnotavit quam flore pleno, et flore simplici, et coloris varij.

104. Si optime Pinacem observasset Censor vidisset in Bauhino Lysimachiam Galericulatum ceruleam, nec obstat quod inferius ponatur in Cathalogo iterum

Lysi

Lisimachia galericulata maior, et hirsu-
tior, nam eadem est planta, quae appellari
potest Lisimachia galericulata Cerulea.
Bauhini et Lisimachia galericulata Ma-
ior, et hirsutior.

M

105. Nonne potuit Malva hortensis flore
pleno nigro Marcelli differre a Malva
arborea fl. multiplici nigro Taber: cum
Malvarum perre ingens familia sit et
colore, et foliorum diversitate? Non ne
quotidie quid novi fert Africa? fortasse
Botanici tenentur cuncta hucusque explo-
rasse?

106. In sijnonimis, ut alias dictum est et repe-
tita placent.

107. Censor allucinatus est putando Mala
Punica fl. pleno seu Balustia fl. pleno
maiore Bauh. eandem rem esse cum malo
Punica sijlvestri Bauh. nam haec species
secunda est Bauh. altera tertia, et si
eam non observavit Censor fortasse Le-
cus erat.

108. ...

109. Cur addendus si non erat in horto.

110. Arguitur Censor hic defficientem Camp. Cat-
Cathalographum, quia in descriptione Mer-
curialis sylvestris faemine, Cynocrambe
Cam: sexum non addiderit; inquit enim
ipse Camerarius duo[M]statuit unam mas-
culinam, alteram femininam: Primam
iam supra posita in Cathalogo sub nomi-
ne Cynocrambe Dioscor. seu Mercuria-
lis sylvestris Bauh. alteram uero sub
nomine mercurialis sylvestris femi-
ne. C. B.

Duplex error, mi Censor, cui quam belle
paroenia uetus (Asellus ad Lyras) quo-
modo legis in Cathalogo? Nonne Cathalo-
graphus satis dixit sexum dum mercu-
rialem sylvestrem feminam Cynocrambe
Cam. describit, hoc est Cam: feminas nam
Cynocrambe et mercurialis sylvestris con-
uertuntur: deinde quomodo intelligis ap-
ud Camerarium esse Cynocrambe mas
quod supra positum fuit in Cathalogo
nomine Cynocrambe Dioscoridis? quid
non Bauhini si in Cathalogo stat Cyno-
crambe Dioscor. seu Mercurialis syl-
uestris Bauh. quam ut scias apud Bauh.
est. 5. in Pinace L. iii. cap. 24. et in suo
Matth.

Matth. B.d, quam ponnis autumauit esse eam
Dioscoridis, quam autem cognouit Camer.
Masculinam scilicet, est etiam ipsius
Matth. Dodon. Fuchsij, Lob. et aliorum.
Esto autem quod per suprapositam Mer:
curialem syluestrem B. intelligatur Cynos
crambe Mat Camerarij nihil refert nam
sibi posuerat Masculas mercuriale hic
subintelligenda erat foemina ne bis repe
teretur.

iii. Cur morsum Ranae Dodonaei, cuius in horto
flores erant quadrifolij, pro suo habitu
Cathalographus non potuit denominare
quadrifolium aquaticum si et in historia
Lugd: habetur Morsus Ranae, cuius flos
est quinque folius. Censor autem gratis
detur, quod Nimpheam paruam Caesalp:
appellare possit; Nomina namque Plan:
tarum uariant secundum Botanicorum
Placita.

N.

iiii. Cur ignorantiam fingis de Napello flore
albo: An quia non scit: in hoc erras, quia
Nappellus albus describitur a Bauhino
in Pinace L. v. sect. iiii. et pro tali a
Catt:

Cathalographo describitur ubi legitur = Asp:
ellus fl. albo Bauh. sed tu malitiose auc:
torem tacuisti.

113. Tu deceptus es, non Cathalographus, qui Atriphcam minorem Bauhini in Pinacem descriptam L. V. sect. VI. non observasti preter Planam morsum.

114. Cur si in montibus Tosini reperitur Nar: dus Celtica Alpestris fl. Luteo Clusij ab horto ablegandam!

O

115. Hæc in fictili, sed Censor non vidit.

116. Error Typographi.

117. De hac satis - quia sic fert synonimia

P

: M

118. Pusila erat Planta, nec omnibus datum adire Corinthum.

119. Si non fuisset, Cathalographus non descripsisset.

Error

120. Error Tipographi.

121. Hae omnes ignobiliores Plantae in Cathalogo describendae

122. Jam dictum est quod synonimia sibi fert.

123. Chimis vulgaris Planta.

124. Et etiam ista, et haec cunctis iam nota.

125. Quomodocumque appelletur seu Therebinthus Theofrasti, seu Arbor exotica Bauh: fructu Racemoso, seu Pistacium Syriacum fructu Rotundo, non est error ut videre est in Pinace L. XI. sect. II.

126. Minus malum, quod ignorare se dicat in hoc loco Censor.

127. Aderat cum Cathalogus editus est, et si tunc fuisset Censor in horto Cathalographum non insectatus foret.

128. Et haec pariter eandem patitur Responsionem.

129. De vulgationibus nil Mirum, si Cathalographus sileat.

Dat

130. Et hęc pariter eadem Responsio.

131. Omissum est quia iam perierat.

132. Nescio quia de causa ita audacter Censor Cathalographum Carpat, a quo describitur Prunella fl. purpureo Officinarum, et flore Albo Bauhini dicendo non reperire in toto Pinace has duas nomenclaturas, cum tamen Bauhinus in Pinace, litteris cubitalibus, L. vij. sect. ii. Prunellam seu Brunellam Officin: describit fl. purpureo uel Ceruleo punicante aliquando ex diluto ceruleo Albicante, rarius Albo, ut ipse scribit. Quid clarius?

133. Cur Cathalographus noster non recte dixerit Pulmunariam Gallicam fl. aureo non uideo ni et Veslingius doctissimus arguat, qui talem plantam tali nomine in suo descripsit Cathalogo? Quod autem

Q

134. An omnes tenentur scire Quamodit Indicum esse nomen?

135. Prima Bauhini, quę Theofr. est, et Plinij

nij indelligit.

136. . .

R

137. Aderat cum Cathalogus editus esset.

138. Ab effectu urendi tam flamula Ranunculus, quam Ranunculus flammeus minor dodonæi appellari potest.

139. Hæc est Lex Synonimiæ.

140. Hic Ebrius erat Censor. nonne in Cathalogo dic. Rat. Ranunculi Pratenses varij? An Censor inter Ranunculos Pratensium Myriades V. Mathioli qui pratensis est non vidit, aut non Cognovit?

141. Quid de huiusce Papaveris semen ex Creta delatum.

142. Et hoc non vidit Censor. nonne et Veslingius tale descripsit in suo Cathalogo?

143. Nec hoc vidit.

144. Non implicat in isto florem fuisse Album, cum

cum et in alijs Trachelliorum speciebus
albi Coloris describantur Trachelia in Pi:
nace L. iii. sect. i. . . .

R

145. Non negandum eundem esse Rapunculum
sed bis repetit, qua superior est Coloris
Albi, hic vero Coloris Cerulei. . . .

146. Si Censor recte intellexisset Plinium
cum notis dalecampij, et Pinacem L. XX.
sect. iiii. Cathalographi non fuisse Bor
ubi Rosam sijlvestrem cum Cijnosbato
conciliasset, sed ipsi indulgendus, quia
non ultra Corticem rimatus est.

147. Si Censor ignoravit Rosam sine spinis
non ignoravit Cathalographus, nec Ca:
merarius cum alijs etiam Pinace L. XX.
sect. iiii.

148. Hic Censor Androsemum fetidum ob:
servavit non Rutam. Hipericoidem
Dodonei Non nè et Androsemum alte
rum folijs hijperici Bauhini est
Rutha sijlvestris hipericoides dod. et
in Pinace L. VII. sect. V.

S

Non

149. Non semper Baccas observare dicat in Plantis.

150. Si fuisset Pataniij in horto Censor tempore editionis Cathalogi, non ita dixisset.

151. Quid non Cretica si eius semina ex Creta delata!

152. Si fuisset in horto Censor dum Siliquas hęc siccividicas producit Calinodiam cecinisset.

153. Et hoc aderat tempore editionis Cathalogi, quod autem dicat Censor se nullum in aquis, aut Palustribus sedum observasse, hoc non dicit tamen Bauhinus L. vij. Sect. VI. si et alij Botanici non negat sedum aquaticum. Quod autem describatur Coloris Lutei hoc implicat, quia natura ludit in floribus.

154. Et hęc Planta non erat, quam Cathalographus non neglixisset.

155. Et hoc non erat.

156. Hanc in fictili asservatam Censor non observauit.

1 157. Utcumque sit duplex serpentina in Cathalogo
describitur cum strictissimo folio Matth.
2. cur et alteram Latiori folio dari im-
plicat.?

[redacted] 1

158. Id asservabatur in fictili, nec omnibus
debatur inspiciendi copia.

159. Ipsud somniavit Censor dum non vidit
hanc Plantam, quae satis grandis erat
cum Granus sit, et ubi Prima Bau-
hini Tragi Caeune, et aliorum.

160. Haec Planta non aderat.

161. Si Legisset Censor Linaeum L. iii. sect.
VI. non negasset Juncos flore ceruleo qui
in horto erant tempore editionis Cathalogi.

162. Haec Babilonica talis ex loco Natali
vocatur Salix maxima Babilonica quia
ex illa Regione delatum semen, et erat
in horto tempore editionis Cathalogi.

163. Et haec Planta erat in horto dum Catha-
logus editus est, quid autem Gramma-
tunculus carpit Cathalographum, quia
scripserit (Stechas minor ex serigo) cum

Corrigo legendum sit. Enimne vidit errorem Typographi.

T

164. Traxacum, inquit Censor, (seu Dens Leonis 3a species &c.) Nescio an Censor, vel Calamus erraverit, nam non Traxacum, sed Taraxacum scribi debet (subiungo) Planta, quae hoc nomine indigitat, Aphaca Theophrasti est. Nescio a quo Grammaticulo didicerit Censor: Non indigitat, sed indigitatur scribendum est. Sed mittamus haec futilia ad rem nostram. Dens Leonis tam prima, quam 2a; quam 3a Dodonaei Taraxacum appellari potest, ut in Pinace L. 3. sect. 6.

165. Nescio cur invidus Censor in hoc loco dentes acuat in Cathalographum, quod potius ignorantiae suae adscribendum, qui sensum Auctoris non percepit. Hic enim describitur Thalspi, seu Lithothlaspi crassiori folio Columnae, et dicitur Raguzinum, non quod Columna Raguzinum vocet, sed quia ex Raguzino solo delatum est, per hoc non implicat quod non sit idem Thlaspi Columnae, cum

et

et ex Provinciæ Sardois habeatur ut in Pi:
nace L. iii. Sect. iii. quod autem dicat Thlaspi
descriptum in Cathalogo non habere Rotun:
da folia ut Columna describit halluci:
natus est Censor, nec enim in Cathalogo ha:
betur, quod istud Thlaspi Rotunda an acuta
habuerit folia, sed ex suppositione intelli:
gendum omnibus notis debere, Lithothlaspi
Columnæ Correspondere.

166. Id fuit Repetitum Lege Synonimiæ et
ratione Cathalogi, qui alphabetico ordi:
ne procedit ut pateret duplici nomine
insigniri hanc plantam, flores scil:
Cardinalitio, ac Trachelio Indico.

167. Tempore Cathalogi, et hæc Planta vigebat.

168. Et hoc Repetitum eadem Lege Synonimiæ
ut dictum est alias.

169. Si has Plantas non observavit Censor, Cæ:
cus erat.

170. Et ista Planta erat in horto tempore Cat:
halogi.

171. Et pariter ista aderat.

Hic

172. Hic Censor male Didsaron pro Trifolio Americano commentus est.

V

173. Hic an erravit Typographus, qui debebat in Linea Valerianellae Cobinatae Columnae subiungere seu Cornucopioides Bauhini? Sed non erravit, nam et Valeriana Indica Clusii ut etiam ex Bauh. in hist. Plant. T. iii. parte ii. c. CXI. Cornucopioides appellari potest si foliculos germen suitae observasset Censor.

174. Hic ignorantissimus Censor Verbascum nigrum flore albo seu 3. Matth. Bauh. inquit hoc Verbascum non flore albo sed floribus luteis describendum, quia Matth. 3.um suum floribus luteis pinxit: Lapidem tanti viri Censura, qui se versatissimum in Pinace profitetur! Nesciebamne quomodo Bauhinus intelligat qui in Pinace L. VI. Sect. VI. septimam Verbasci speciem describens, in qua in 3.um Verbascum Matth. flore variare hanc plantam autumat; dum inquit flore variat alterius ex flavo candidus: alibi flore prorsus candi-

Candido. Cur non albis, si discrimen non
posuit Censor inter album, et Candidum?

175. Hic Censor inaniter blaterat contra Cat-
halographum, et in Calpinos se effunditur,
quasi verbascum salviæ folio fruticans
Lob. non sit laciniatum; ipse tamen
inspiciat Pinacem l. VI. sect. VI. ubi sex-
tum Verbascum nigrum describitur sub
quo Salviæ folium fruticosum et Verbas-
cum sylvestre Salviæ florum laciniatum
Lob. describitur.

176. Hic docendus est Censor qui Lecto Pinace
sed non intellecto in Laberinthea errorum
Confusione lapsus est; sciat itaque,
quattuor esse Verbasci salviæ folijs species
in Pinace lib. VI. sect. VI. hoc igitur
Cathalographo descriptum sit 4.um syl-
vestre Matth. et primum Bauh. Sex-
tum vero eiusdem sub Rubrica Verbasci
nigri: quid inde? si sub diversis nomi-
nibus bis repetatur? forsanne foliorum
Icones non satis faciunt? Cur Verbas-
cum nigrum, quod et Salviæ folium fru-
ticosum lignosum in Adversarijs appel-
latur, sed purpurea Cruce, folium Salviæ
florum etiam Laciniatum recitatur op-
ude

apud Lobellium, et apud Lugdunenses non
ne sicut flos variat in Verbasco.

177. Hic error patentissimus Typographi,
quem si advertisset optimus Censor non
sic elatis palmis victoriolam supra
Cathalographum cecinisset.

178. Minor quod hic Censor demens non ar-
guat Cathalographum, quod hic Veronicam
Teucrii effigie minimam Ragusinam
appellitat, sed tantum illum arguat eo
ipsam plantam pro Chamædryi spuriæ
minore angustifolia descripserit non
explicando nomen vel Joannis vel Caspa-
ri, quasi mancus fuerit in tot Bauhi-
norum serie. Ridicula profecto tanti
viri dementia, quæ non alia indiget
responsione.

179. Hic Censor Cathalographum carpit quod
Viciam sylvestrem glabram sine Aphaca
Tab. mont. descripserit cum in toto Pi-
nace nihil aliud Tab. in Cathalogo vicia
reperiatur quam Clatine 3.a ipsius Aucto-
ris. qui tamen scicet ibi in Pinace L.
VIIII. sect. iii. pro Clatione 3.a Tab. Vi-
ciam luteam folijs Convolvuli minoris
intelli

intelligi debere, ubi vero Cathalographus Suus
proposuit non hanc sed 3.m in ordine intel:
ligit in Linace, quae vicia silvestris al:
tera vel 5.a Aphace dicta et Cracca Ma:
ior Tab. Non per hoc tamen carpendus
Cathalographus quod viciam Aphacam no:
minaverit Tab. nam si Taber nemontanus
viciae species plures descripserit sub
diversis nominibus, et per consequens
Aphace species cum vicia, et Aphaca
sint synonima.

180. Bis repetere licet rationem synoni
miae, ut alias dictum est.

Z

181. Et hic eadem responsio.

182. Typographus Boeticam pro Boemica
scripsit. — — —

